

HISTORIA IVRIS CIVILIS
DE
ADSESSORIBVS MAGISTRATVVM
ROMANORVM

QVAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
CONSENTIENTE

DISCEPTATIONI PUBLICAE PROPOSIT

IOHANNES FRIDERICVS THEODORVS
ROLLE

LIBERALIVM ARTIVM MAGISTER ET IVRIS VTRIVSQVE
BACCALAVREVS

VINDICE

ADOLPHO LEBERECHT GRAICH
DRESANO

LIPSIAE D. III MART. CISOIS CCLXXXVI

EX OFFICINA KLAEBARTHIA.

СИМФОНИЯ ПОД ГИДРУ

54

ЛЮБИТЕЛИ ЗУДИЯ ОГНЯ
И МЯСАМОЙ

ХОРО

ЧИНО МУЗЫКОЛОГИ ОМЕДИНА

СИМФОНИИ

СИМФОНИИ И СИМФОНИИ

СИМФОНИИ И СИМФОНИИ ВИМАНО

ХОРО

ХОРОВАЯ СИМФОНИЯ ИЗ АКВИЛА МУЗЫКАЛЬНОГО

СИМФОНИИ

ХОРОВЫЙ

ХОРОВЫЙ СИМФОНИИ ОДНОЙ

СИМФОНИИ

СИМФОНИИ И СИМФОНИИ И СИМФОНИИ

СИМФОНИИ И СИМФОНИИ И СИМФОНИИ



Introductio.

Animus erat, de augustissimi iudicij Cameralis hodierni adsesoribus ea ratione exponendi, ut, quantum inter ipsos et adsestores priscis temporibus in Germaniae iudiciis et in antiqua in primis Imperatoris Camera adhibitos intersit, disqueremus. Legentibus vero eos, qui hanc rem attigerunt, statim infelix illud se offerebat, omnia Germanica cum Romanis comparandi, priorum saeculorum studium, quod adeo quidem inualuerat, ut in legibus quoque Imperii tum sanctis haud raro eius conspiciantur vestigia. Cui errori, quamquam a cordatioribus ICris^{a)} dudum deriso et exploso, hoc tamen dare placebat, vt paucis verbis, quam adsestores etiam nostros ridiculum foret Romanis aequiparare, ostenderemus. En vero, quosdam ex illis rei iudicariae Romanae interpretibus adgressi, tantam eorum deprehendebamus inconstantiam, ut, si totum hoc argumentum peculiari prius opera retraharemus, huius fortassis pretium facturos nos putaremus. Cui oratione hanc viam seruandam desinuimus, ut primum de origine adsefforum Romanorum quedam adferamus, deinde, magistratum urbanorum et prouincialium, ipsorumque principum adseffores fecerentes, de singulis breuiter agamus, tandem vero de officio et iuribus adsefforum exponamus.

A 2

CAPVT

a) Frid. Gregor. LAVTENSACK de praecindicio principum Imp. ex abusu iuris Iustiniani. (Witt. 1715. et in sel. opusc. iur. publ. Tom. I. Sect. V.) Mich. Henr. GRIEBNER diff. 1710.)

CAPVT I.

de origine adfessorum.

§. I.

Nullus ab inicio populus Romanus legi certae paruit, Regis arbitrium pro lege fuit. Paucae leges a Regibus deinceps latae, his eieclis, lege tribunicia excoleurunt, et ciuitas iterum incerto iure et consuetudine magis regi coepit ^{a)}, vsque ad conditas per Decemviro XII. tabulas. Augis vero in vrbe dicitis, mutatisque cum fortuna moribus, iter venienti lasciuiae legibus intercludere necesse fuit, quae mox latae sunt tam innumerae, vt iam LIVI ^{b)} de immenso aliarum super alias aceruarum legum cumulo notissima sit querela. Quae legum moles, altius in dies crescens, iuris dicundi munus arduum maxime et difficile reddidit: accessit aeterna illa interpretationum XII. tabb. series, disputationum fori ambiguitas, morum denique maiororum incertitudo. Ita sane perplexus iuris Romani labyrinthus, ex quo diurna tantum et quotidiana exercitatio exitum parare posset. Huic vero magistratus suos populus Romanus commisit, viros ut plurimum militares, in castris educatos, saepius vi munera bella gerentes ^{c)}: togatos negotiis publicis prudenter gerendis magis, quam formulis Pontificum addiscendis opinionibus ICTorum perscrutandis operam nantes, sique essent, qui iuris etiam priuati scientiam imbibissent, multitudine causiarum obrutos, publicis curis distractos arque detentos. Quae quum ita essent; sapienti consilio permisum magistris, demum etiam praeceptum fuit hoc, ut adhiberent in consilium viros cordatos, iura calentes, qui ipsos de iure instruerent, impeditos etiam in munere adiuuarent. Hi vero communis nomine *adfessores* ^{d)} appellati sunt.

§. II.

- a) L. 2. §. 1. 3. 4. ff. *de orig. iur.*
- b) Lib. III. Cap. 34. c) *Defid.*
- c) *HERALDVUS de rer. judic. auctor.*
- d) *AMMIANVS MARCELLINVS*
Lib. XXIII. Cap. 6. (p. 296. edit. Iac. GRONOVII), ibique *Henr. VALENTIUS et Frid. LINDENEROG.*
p. 77. edit. Io. Dan. RITTERI).

§. II.

E Graecia duabus videri posset hic adcessorum adhibendorum mos. In utraque enim ciuitate, et Atheniensum et Lacedaemoniorum, ex quorum etiam institutis ius ciuale fluxisse dicitur ^{a)}, adcessores in usu fuisse docemur ^{b)}. Ad Athenieses saltem quod attinet, Archontes ibi principesque, ob legum imperitiam aliasque causas iuri dicundo forte impares, adsumissae, quorum in hac re ope et consiliis vterentur, certissimum est. En verba DEMOSTHENIS ^{c)}: Εδειτο ὁ Θεογένης — λεγων, ἐτι — δια την απειριαν των πρεγγυματων, και την ακανιαν την ἑαυτου, ταυτον (Στεφανον) παρεδεσον ποισαντο, ινα διοκηση την αρχην. Suffragatur et eius scholastes, VLPIANVS ^{d)}: Παρεδεσοι, inquiens, ἐδιδοντο τοις νεωτεροις, οι νυν καλεμενοι συναθεδεσοι ἐπειδη γαρ ο αρχων πατας τας ὁρφωνικας και πληρωμας αίτιας εδικαζεν, ἐνιοτε δε δια την ἀλιτιαν ἀπειρος ειχε τη διακρισιν, ἐδιδοτο αυτῳ παρεδεσος ἐ συνδομησαζων. Et IULIVS POLLUX ^{e)} haec refert: Παρεδεσοι δινομαζονται, οις αριστουται αρχων, και βασιλευς, και πολεμισχος, δυο ἑκατος, οινος βευλεται. In Lacedaemoniorum vero republica usum adcessorum probare videtur CICERO ^{f)}: Lacedaemonii, ait, regibus suis augurem ADSESSOREM dederunt; itemque senibus, sic enim consilium publicum appellant, augurem interesse voluerunt. Sed hoc argumentum non adeo firmum esse fatemur.

CAPUT II.

de adcessoribus singulorum magistratum Romanorum.

SECTIO I.

de adcessoribus magistratum urbanorum.

§. I.

Romanorum reges, quum angustam ciuitatem manu fere gubernare possent, et omnia ex aequo et bono indicarent, nullos habuisse

A 3

- a) §. 10. Inst. de iur. nat. gent. et civ.
- b) Desid. HERALDV. l. c. p. 78; Ge. d' ARNAUD de div. magistris Cap. 8.
- c) orat contra Neae ram, (in opp. Tom. II. p. 728, edid. Hier. WOLFII).
- d) ad orat. in
- Midiam. Tom. V. p. 193. cit. edit.
- e) Onom. Lib. VIII. Cap. 9, segm. 92. (Tom. II. p. 911. edid. Io. Henr. LEDERLINI et Tib. HEMSTERHVIS.)
- f) de diuinat. L. I.

habuisse credo adcessores; quapropter a libertatis demum tempore haec disputationis pars orditur. Iam vero inter magistratus vibanos maiores primum locum tenent bini *Consules*, apud quos, eiusdem regibus, omnis quoque iurisdictionis fuit. Qua deinde cum Praetore communicata, de cassis tantummodo leuioribus quibusdam, et quae voluntariae iurisdictionis erant, cognoverunt extra ordinem, in primis vero, quae Augusti postea sanctio fuit, de fideicommissis^{a)}). In quibus cognitionibus adcessores vere adsciuissentur. Ita enim **IVVENTIVS CELSVS^{b)}**: *Pater meus referebat, QVVM ESSET IN CONSILIO DVCENNII VERI COS., ITVM IN SENTENTIAM SVAM, ut, quum Otacilius Catulus, filia ex aſe herede instituta, liberto ducenta legasset, petiſſetque ab eo, ut ea concubinae ipsius daret, et libertus, viuo testatore, decerſſet, et, quod ei reliquum erat, apud filiam remanſſet, cogeretur filia, id fideicommissum concubinae reddere.* Ex quibus nimurum verbis Celsum, quippe sententiam suppeditatem, adcessoris ibi partes egisse, satis clucere puto.

§. II.

Secundum inter magistratus in urbe maiores locum occupat Praetor, apud quem summam in cassis priuatis iurisdictionem fuisse, notissimum est. De huius vero adcessoribus acturos prolixiores esse iubet magna virorum eruditorum confusio, adcessores cum Decemuiris, hos cum Centumuiris, eosque cum iudicibus ita miscentium, et adeo parum sibi ipsi constantium, ut tantum abesse, ut vna omnium, ut vix vnius vna sit sententia, queri utique possit. Quae nostra disputatio vt via et ratione procedat, haec ei praemittimus: *Causae priuatae erant vel extraordinariae seu cognitiones, vel ordinariae^{a)}.* Illas Praetor, adhibitis adcessoribus et cognoscet et dirimebat; de his vero non iudicabat ipse. Erant nimirum causae ordinariae duplices fere generis; *de iure* enim, aut *de falso* quaestio mouebatur. Si illud; causa spectabat ad Praetoris consi-

^{a)} *Io. Aug. BACH* bifl. iur. Rom. *Lil. III. Cap. I. §. 2.* ^{b)} *L. 29. pr. ff. de leg. II.* ^{a)} *SVETONIVS in Claudio Cap. 55.; Sibr. Tetr. SIG.* *CAMA de iud. centumv. ex edit. Es- cell. Car. Frid. ZEPERNICK (Habae 1776. 8.) Lib. I. Cap. 2. p. 14.*

confilium, quo nomine Centumuiri, et, qui his praerant, Decemviri stlitibus iudicandis continentur: sin hoc; Praetor iudices dabant, qui ex caussarum qualitate iudices pedanei, arbitri, recuperatores appellabantur. Iam de singulis videamus.

§. III.

Cauſſae extraordīnariæ, quarum notionem vix accūratiōrem effingere possumus, quam fuīſſe eas plerumque cauſſas leuiores voluntariaeque iurisdiſtiōnis^{a)}, cognoscēbantur a Praetore, ab eodemque dirimebantur. Et appellabantur quidem haec iudicia κατ' ἔξοχων cognitiones^{b)}. In quibus Praetori ICtos adſeffores adfuīſſe patet primum ex verbiſ SENECAE^{c)}: An ille plus p̄aeflat, qui inter ciues et peregrinos, aut VRBANVS PRAETOR ADEVNTIBVS ADSESSORIS VERBA PRONVNCIAT? Deinde etiam VLPIANVS id confirmat. Scio, inquit^{d)}, quum Campani, metu cūdām illato, extorſiffent cautionem pollicitationis; reſcriptum eſſe ab Imperatore nōſtro, poſſe eum a Praetore in integrum reſtitutionem poſſulare; et Praetorem, ME ADSENTE, interloquutum eſſe, ut etc. Porro PAVLVS ad edictū: quod quisque iuriſ etc. haec noſtat^{e)}: Hoc edictū dolus debet ius dicentis puniri. Nam ſi ADSESSORIS imprudentia ius aliter diſtūm fit, quam oportuit: non debet hoc magiſtratuſ officere, ſed ipſi adſeffori. Quum vero hoc edictū a Praetore urbano latum ipoſ etiam in primis Praetores, ſuccelftores edicentis, cohibere intenderet, quo minus a legum, quas iſi tuliffent, obſeruantia ſe flosſue amicos liberarent: conſequi videatur, ut ſub adſefforibus hoc loco adſeffores Praetoris ſint intelligendi. Denique pro hiſ militat, quod ICti libros adeo adſefforiorum compofuerint, in quos res, ſe forte adſidentibus, apud Praetorem aſtas memorabilioreſ retulerunt^{f)}. Quod vero tandem ex

CICE-

a) SICCAMAMA l. c. p. 17. b) SVE- ff. qu. met. cauſſ. e) L. 2. ff. qu.
TONIVS l. c. Vnde eſt, quod ver- quisque iuriſ. f) Io. Did. van
bum: extraordīnarii in inscriptione tituli ff. de exarord. cogu. ſpirium LEEVWEN diff. I. de iuriſ. ſtud. Cap.
ſufpiceatur Claud. SALMASIVS de ſ. g. (in Ger. OELRICHS theſ.
modo vſurp. Cap. 3. c) de traſ- nou. diff. Belg. Vol. II. Tom. I. p.
quill. anim. Cap. 3. d) L. g. ſ. 3. 339).



CICERONE^{a)} viris doctis^{b)} petere placuit pro adfessoribus Praetorum argumentum, id leue admodum est, et Cicero, iuris prudentiam praeterem numquam professus, cum quibusdam quidem amicis in tribunal Q. Pompeii, Praetoris, adfuit, sed fortasse in auditorum subselliis sedit.

§. IV.

Ordinariae autem causae, in quibus de iure quaestio esset, ad Praetoris consilium pertinebant, sub quo nequaquam eius adfessores, ut quibusdam verbo fortasse decepti vistum fuit, sed Centumuiri, et, qui his praeerant, Decemviros a litibus iudicandis intelligas. Vox nimurum consilii seu concilii^{c)} idem hoc loco denotat, quod iudicium, iisque, qui in consilio sunt, iudicasse dicuntur, quod sane ad adfessores Praetoris non quadrat. *En PLINII verba^{d)}:* Sedebat iudices CLXXX. (tot enim quatuor CONSILIIIS conscribuntur) — Sequitur est varius eventus, nam duobus CONSILIIS vicimus, totidem vieti sumus. Quibuscum conferas, que VALENTIUS MAXIMVS de quodam retulit^{e)}. Cum improbissimis hereditibus de paternis bonis apud Centumuiri contendit, omnibusque non solum CONSILIIS, sed etiam sententias superior discessit. Quum itaque iudicium Centumuiralis partes consilia appellentur, totum quoque iudicium quin consilium dictum sit, nulla adest dubitandi ratio^{f)}.

§. V.

Praetoris autem in consilio primum occurunt Centumuiri, seu iudices^{a)} ad causas iuris ordinarias iudicandas in urbe constituti. De quorum origine maxima inter Dd. fuit contentio, plurimis^{b)} eos L. Aebutia institutos, quibusdam^{c)} vero antiquiores hac lege putan-

g) de Orat. Lib. I Cap. 37. h) v. Cap. 7. d) ZEPERNICK ad SICCICAM p. 71. not. i. a) ZEPERNICK
c. Io. HOP. in diff. de iud. a Praet. et l. c. p. 66. not. e. b) Io. Nic. PROU. rect. dari fol. (in OELRICHS
ibid. nou. Vol. I. Tom. II. p. 509.) FVNCCCI diff. de L. Aebutia, in
a) Iac. GOTHOFRIDVS ad L. I. C. fll. opusc. ad SICCICAM N. HI.
Theod. de legar. et decr. legar. (in C. p. 209. edit. ZEPERNICK. c) ZEPERNICK l. c. p. 63. not. b.
b) Lib. VI. Epist. 33. c) Lib. VII.

putantibus. Quorum quidem opinioni et nos subscribimus ob ipsa,
quapropter illi negant, G E L L I I verba^{d)}: Sed enim, quum proletarii,
et adfidi, et Sanates, et vades, et subuades, et XXV. affer, et taliones,
furtorumque quaestiones cum lance et licio evanuerint, omnisque illa XII.
tabb. antiquitas, nisi in legis actionibus centumuiralium caussarum, lege
Aebutia lata, consolita sit; studium scientiamque praefare debeo iuris et
legum, vocumque earum, quibus utimur. Quippe quae verba id
tantum probant, illas XII. tabularum antiquitates lege quidem
Aebutia abrogatas, exceptionem tamen in legis actionibus centum-
uiralium caussarum admisam esse. Quae profecto omnia ipsum iu-
dicium centumuirale eo, quo lex Aebutia lata fuit, tempore iam
constitutum supponunt.

§. VI.

Centumuiri unde electi et ad quem numerum audi sunt, satis
tritum est, nec cum proposito nostro cohaeret. Difficiliores au-
tem, in quibus de iure quaestio erat, caussae ad eos spectarunt.
Ait CICERO^{a)}: Iactare se in caussis centumuiralibus, in quibus
vifcupionum, tutelorum, gentilitatum, agnationum, alluionum, cir-
cumluionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, fillici-
diorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, ceterarumque rerum
innumerabilium IVRA versantur, quum omnino, quid suum, quid
alienum; QVARE denique ciuis an peregrinus, seruus an liber quis-
piam sit, ignoret, insignis est impudentiae. In primis vero caussas
hereditatum semper fere ad Centumuiros actas fuisse, ex legibus
et veterum auctorum scriptis luculentiter appetet^{b)}.

§. VII.

Praeter Centumuiros in consilio Praetoris aderant Decemuiri
slibibus iudicandis. Erant hi magistratus minores, inter XXVI. et
postea XX. viros a populo electi^{a)}, qui iudicium centumuirale di-
rigerent.

^{a)} Lib. XVI. Cap. 10. ^{a)} de CASSIUS Lib. LIV. §. 259. (Tom I.
orat. Lib. I. Cap. 38. ^{b)} SICCA- p. 777. edit. Herm. Sam. REIMARI.)
MA p. 264. edit. cit. ^{a)} DIO

rigerent. Ita enim POMPONIVS^{b)}: Deinde, quum necessarius esset magistratus, qui hastae praefaset, Decemviri flitibus iudicandis sunt constituti. Heus vero tu, Pomponi! erras, tempora confundis! Hoc scilicet manifestum esse pronunciat BACHIVS^{c)}, cum ex eo, quod Decemviro magistratus appellaueris, quum tamen a CICERONE^{d)} iudicasse dicantur, tum in primis, quod eos hastae praefectos fuisse perhibueris, quippe hoc ab Augusto demum SVETONIVS^{e)} factum referat. Sed salua res est. Iudicasse nimur Decemviro, ideoque magistratus esse non potuisse, saltem Ciceronis aeno, id facile patet, quam sit leuiter dictum, quum apud ipsum Ciceronem et Praetor iudicasse^{f)} dicatur, quem tamen magistratum numero non exemerit quisquam. Aequo minus, ut Bachio adsentiam, in altero, vbi ob Suetonii locum Pomponium errantem sibi vitus est deprehendisse, a me possum impetrare, neque etiam tam subtili critica, qua Excell. ZEPERNICK^{g)} vñus est, res egere videtur. Verissimum enim est, Decemviro iam pridem, et non multo post introductos Centumviro, Pomponio teste, institutos fuisse, qui, sedentibus Centumuiris, omnia moderarentur, causas propulerent, sententias colligerent, Praetori tamen reliquum fuisse, convocare hoc iudicium, arce secum nexus cohaerens, conuocandi que officium cum Quæstura functis delegasse; tandem, quum maior paullatim Centumuirali iudicio splendor accessisset, ut accessisse constat^{h)}, Angustum id concessisse Decemviro, ut suos Centumviro ipsi etiam conuocarent, neque diutius hoc amplissimum iudicium quæstura functis pareret. Qua quidem ratione Pomponius ab ignorantiae et erroris accusatione fortasse defendi potest. Nostra certe aerate veteres ICtos antiquitas iuris docere velle, nimis mihi durum videtur.

§. VIII.

- ^{b)} L. 2. §. 29. ff. de orig. iur. Verrini pluribus locis; LIVIVS Lib.
- ^{c)} in bish. iur. Lib. II. Cap. i. §. 28. III. Cap. 55. g) ad SICC. p. 72.
- ^{d)} in not. m. p. 104. d) in orat. not. i. h) QVINTILIANVS dial.
- pro domo Cap. 29. et pro Cæcina Cap. de orat. Cap. 38.
- 33. e) in Augusto Cap. 36. f) in

§. VIII.

Decemuirum itaque quum hoc fuerit munus, vt iudicio censuuirali praesiderent: statim appetat, quantum inter eos et Praetoris adseffores discriben intercedat, quamuis utrosque mirifice confundant viri quidam doctissimi ^{a)}). Praeterea Decemuiri silitibus iudicandis a populo constituebantur: adseffores Praetor adsumebat. Illi erant magistratus: hi non. Alias differentias praetermitto, quippe a ΗΟΡΙΟ ^{b)} et van LEEWEN ^{c)} optime iam notatas.

§. IX.

Ceterum Decemuiri silitibus iudicandis diuersos puto a consilio ex L. Aelia Sentia, quod in manumissionibus occurrit, Contrariam sententiam tenuit Iac. RAEWARDVS ^{a)}, Ge. SCHVNBART ^{b)}, Sibr. Tetr. SICCAMA ^{c)}, Ger. NOODT, hoc consilium cum adsefforibus paullulum commiscens ^{d)} Io. GOTTL. ΗΕΤΝΕΟΚΙΟΣ ^{e)}, Car. Ferd. HOMMELIUS ^{f)} aliique, Vlpiani scilicet et Theophili testimonio nixi. Utique igitur prodeat! Haec VLPIANI verba ^{g)}: In consilium (nimurum in manumissionum cauiss, nam de his loquitur) adhibentur Romae V. Senatores et V. Equites Romani. ΤΗΕOPHILVS autem docet ^{h)}: Κονσιλιον ἐστι συνεδριον Φανερων ἀνδρων, κατα ἔγκριτον του ἐνιαυτου χρέον συνισταμενον ἐγνητο δε τούτο το κονσιλιον ὃν μεν ἐν Ρωμῃ, αλλα καὶ ἐν ταις ἐπαρχίαις. Συνιστατο δε ἐν τῷ καιρῷ του κομβεντου. — Εν δε τῇ τελευταιᾳ ἡμέρᾳ του κομβεντου ἐγνητο το κονσιλιον, καὶ ἐν ταις ἐπαρχίαις, κατα τούτον τον τρόπον προσει διερχων, καὶ ἐπαρθητο ἐν τῷ οικειῳ δικαστηριῳ, καὶ ἀμφι μίντῳ Κ. αὐθεντ., διτινες ἐλεγυντο περεγρυνο recuperatores — καὶ ἐπ' ἀντων ἐλεγυντο ἐν λο-

B 2

γοι

- a) v. c. Cbr. Frid. Imm. SCHORCH
in delin. bift. iur. (Witt. 1779. §.)
§. 70.
b) loc. cir. c) in diff.
II. de iur. stud. (in OELRICHIS thes.
noi. Vol. II. Tom. I. p. 381.) §. 2, 3.
4. a) in proscripti. Cap. 18. et 19.
b) de far. iurispr. Rom. p. 599. c)
c. Libe. I. Cap. 10. d) de iuris-
- dict. et imp. Lib. I. Cap. 12. (in opp.
Tom. I. p. 107.) e) in anti. Rom.
L. I. Tit. 6. §. 5. f) in progr. de
forma trib. et maiest. Praet. (Lips.
1752.) §. 8. g) fragm. Tit. I.
§. 12. h) §. 4. Inst. qui ex ex qu.
cauiss. manum. n. poss., (p. 69. edit.
Gnil. Ort. REIZII.)



γοι αἵτιαι, ὅπο ταῦ ἐλευθερούσιν ἐγνωτο δε καὶ εὐ τῷ Ρωμῃ το πονσίλιον, ἐν μιχ ἡμερᾳ του καμβεντου, του Πρεσιτωρος καθημενου ἐν τῳ οικειῳ δικαισηρῳ, καὶ συναδεξμενων αὐτῳ πεντε συναλητικων, καὶ πεντε ἵπποτων Ρωμαιον. Evidem leitis his in aliorum¹⁾ sententiam, hoc consilium a Decemviris flitibus iudicandis diversum statuentium, ramen eundum putavi. Vt enim totam iuram aduersariorum coniecuram leuem dixit *Car. BRETTVS*²⁾, duclam a numero decem; ita permulta sunt, quae eam plane tollant, causae. Decemviri flitibus iudicandis nimirum suere magistratus: Decemviri ex L. Aelia Sentia non nisi iudices³⁾ appellantur⁴⁾. Consilium porro ex L. Aelia Sentia etiam Consules praebere poterant⁵⁾, quibus tamen cum Decemviris flitibus iudicandis nullum negotium. Neque Ulpius et Theophilus tantis ambagibus Praetori in manumissionibus V. Senatores et V. Equites, ciues Romanos, sed certe solum Decemviro flitibus iudicandis dixissent adfuisse. Quid? quod ipsum omnino Theophilum, modo eius verba attente legeris, de alio plane consilio loqui intellexeris.

§. X.

Haec de iuris quaestionibus. Vbi de *saflo* quaestio mouetur: Praetor e decuriis iudicum vel *iudices pedaneos*, vel *arbitros*, vel *recuperatores*, pro caussae qualitate, dabat, de quibus vero separatim agere ab hoc loco alienum est. Qui iudices, saltene pedanei, ad exemplum magistratum, amicos etiam ICtos in consilium adhibuerunt⁶⁾. *Obsero*, inquit, *CICERO*⁷⁾, *C. Aquillius*, *vosque, qui estis in consilio!* et *GELLIVS*⁸⁾: *Quo primum tempore a Prae-*

¹⁾ ZEPERNICK l. c. pag. 83. nos.
²⁾ k) de perant. ord. iud. ap. Rom. Cap. 14. §. 4. 1) Ne quis quæsto haec ita interpretetur, ac si mihi ipsi contradicerem, qui §. VII. etiam magistratus iudicasse dici affirmavi. Quanquam enim hoc verum est: nusquam tamen magistratum iudicem nominatum inueni, quippe hoc utrumque titulus est, in quo at-

tribuendo accuratius versati esse Romanii censendi sunt. Saepius itaque Praetor iudicasse dicitur; iudex, quantum quidem scio, nunquam in) L. 16. ff. de manu. vind. L. 1. C. de vind lib. 11) L. un. pr. ff. de off. Cos. a) Ant. SCHVLTING de recu. iud. Cap. 6. §. 15. in diff. p. 6. b) pro Quindia Cap. 6. c) Lib. XIV. Cap. 2. et Lib. XII. Cap. 3.

Praetore lectus in iudicem sum, ut iudicia, quae appellantur priuata, suscipiem: — tunc ibi amici mei, QVOS ROGAVERAM IN CONSILIVM, viri exercitati, atque in patrocinis et in operis fori celebres, semperque se circum undique distractribus cauiss festinantes, non sedendum diutius, ac nihil esse dubium dicebant, quin reus absolvendus foret.

§. XI.

Post Praetores inter magistratus maiores occurunt Aediles Curules, quibus etiam consiliarios adsuisse patet ex IUVENATI^a), qui ita queritur:

Quis gener hic placuit censu minor, atque puerilae

Sarcinulis impar? Quis pauper scribitur heris?

QVANDO IN CONSILIO EST AEDILIBVS? —

De Censoribus vero et reliquis, qui libera iam republica in urbe fuerant, magistratibus nullum amplius inueni, quem adsefforem sibi adsumisse veteres retulissent. Sub Imperatoribus contra non modo praefecto urbi, sed aliis etiam urbanis magistratibus consiliarios adsuisse nullus dubito, quoniam eo demum tempore adsefforum usus magis frequentari coepit. Certe Comiti largitionum Italicianarum Alypius quidam, Augustini acuo, Romae adsedit^b).

SECTO II.

de adsefforibus magistratum prouincialium.

§. I.

Quae de impedimentis magistratum Romanorum, quo minus iuri dicundo pares essent, in vniuersum diximus: haec ad eos praecipue, qui prouincis praerant, spectant, quia, quae in urbe inter plures diuisa erant magistratus, ad vnum praefidem, continuis etiam bellis occupatum, pertinebant munera omnia. Inter quae quam iurisdictionis exercitum praefidi difficilius, ac Praerori, fuerit, inde colligitur, quod hic, quam forte nimis sibi arduam

B 3 putaret

a) Sat. III. v. 160. segg. b) AVGUSTINVS confess. Lib. VI. Cap. 10.

putaret quaestionem, iure suo eam ablegaret ad consilium; in provinciis vero omnes omnino quaestiones iuris ad ipsum Praesidem spectarent^a); solis facti quaestionibus ad iudices minores remisis^b). Facile itaque reddi potest ratio, cur maior in prouinciis, quam quidem in vrbe, vsus adfessorum fuerit; vt adeo, quod mox probaturi sumus, eos adsumendi praefidis imposita fit necessitas. Ob quam officii necessitatem adfessores etiam prouinciales *participes*^c, *adiutores Praefidis*^d), *participes consiliorum*^e) quin socii, pars et portio iudicium^f) adpellantur. Solent etiam Comites dici, quam tamen appellationem caute admittas; saepius enim sub Comitibus omnes quoque reliquos Praefidis officiales, omnemque eius comitatum comprehendi, notatum est^g).

S. II.

Adfessores prouinciales adhiberi primum coepisse videntur, quum Procoſſ et Propraetores in prouincias mitterentur. Puto enim, qui a Cicerone *legati* vocantur, eorum libera republica et primis sub Imperatoribus idem officium fuisse, quod deinde adfessorum. Praeter hoc enim, quod Cicero nunquam adfessores in prouinciis memoret, VARRONEM habeo testem, qui: *LEGATI*, ait^h), dicuntur, qui leti publice, quorum opera **CONSILISQUE** uteretur peregrine magistratus. Neque quis obiciat, quod munus legati procoſ dignitas fuerit, MARCIANVS vero etiam libertum adſidere posse adſirmetⁱ), ex quo, quum L. Visellia liberti a dignitatibus prohibiti fuerint, inde ab Andr. ALCIATO^j) omnes, et recte quidem, collegenter, adfessorum dignitatem non esse. Respondeo enim, hoc ad tempora liberae reipublicae et Augusti, forsan etiam sequentium aliquot Imperatorum (nam L. Viselliae aetas

non

- a) *L. n. ff. de Off. Praef.* b) *L. 8. (Lipſ. 1748.)*; *Iac. CVIACIVS ad 2. ff. b. t.; L. 1. C. de ord. iud.* c) *L. C. de adfess. dom. et canec. van LEEV-EN. C. si recti, prou.* d) *L. 6. C. quom. et quand. iud. sent. prof. deb.* e) *L. 1. C. de adfess.* f) *L. 5. C. Theod. de iis, qui admin. (Tom. II. p. 669. edit. RITTERI)* g) *Ferd. Aug. HOMMEL pr. de comit. Consist.* (in opp. Tom. 1.)
- (*Lipſ. 1748.*)
- (*C. de adfess. dom. et canec. van LEEV-EN cit. diff. I. Cap. 2. §. 3.* a) *de lingua lat. Lib. IV. ſagm. 16. in Auct. or. lat. ling. (p. 16. edit. Dion. GOTHOFREDI).* b) *L. 2. ff. de off. adfess. c) ad t. ff. de off. adfess.* (in opp. Tom. 1.)

non adeo certa est) haud esse retrahendum. En vero, qui omnia
conceit, DIONIS locum^d): Πεμποντας γαρ εις μεν τα του δημον
της τε βουλης λεγομενα εδην, ει τε ταμιευοντες, οντις αν ει κλησος
αποδειξη, και ει παρεδρευοντες τοις το κυρος της αρχης έχουσιν ου-
τω γαρ αν ορθως αντους, ον προς το ονομα, αλλα προς την προξην,
ωσπερ είπον, καλεσαμι, επει οι γε αλλοι πρεσβευταις, και του-
πους ελληνι οντες, ενομαζονται και περι μεν της επινιλησεος ταυτης
άρχουντως εν τοις ανω λογοις ειρηται. Τους δε δη παρεδρους αντος
έκυτω έκαστος αιρεται, ενα μεν ει εργατηρικοτες, και ειν των έμοιων
σφισιν, η και των υπόδεσεων της δε ει υπατευκοτες, ειν των
διοικησιων, οντις αν και ο αντικαριων δοκιμαση. Idem DIO auctor
est^e), Achaias procos, mortuo, prouinciam eius inter quaestorem
et adfessorem diuifam, idemque etiam post Cretae praefecti obitum
faclum fuisse^f): vt igitur appareat, quae de amplitudine muneris
legatorum Procos, apud veteres occurunt, ea etiam ad adfessores,
libera republica et primis sub imperatoribus, quadrare; ideoque le-
gatos eo tempore ab adfessoribus diversos iudicandi iustum deesse
rationem; quamquam postea, et fortasse post L. Viselliam latam,
adfessores a legatis, quales nunc in Pandectis et Codice occurunt,
distincti et vilioris conditionis, atque illi, esse coepisse videntur.
Seruatus tamen similis illorum legatorum seu adfessorum procos.
Splendor, in adfessoribus praefecti praetorio, Comitis sacri palati,
aliorumque summorum magistratum, quippe qui, posteriori quo-
que aeuo, saepius comitiua primi ordinis aliisque praerogatiis
ornati sunt^g). Quid? quod eadem tempestate exempla quedam
adfessorum praefecti praetorio ad ipsam praefeturam euectorum^h)
inueniantur.

§. III.

Ab adfessoribus facilis negotio distinguendi sunt recuperatores,
qui, vt ab urbanis illis, quorum supra mentionem iniecimus, di-
scer-

- d) Lib. LIII. §. 14. (p. 707. edit. NIANI. L. 3. §. 3. ff. de usur. iuncta REIMARI).
- e) Lib. LV. §. 220. L. 40. ff. de reb. cred.; PAVLI et (p. 800. cit. ed.) f) Lib. LVII. VLPIANI. AELIVS LAMPRI. §. 138. (p. 859. ib.) g) L. un. C. DIVS in Alex. Scu. (p. 122. edit. Claud. Theod. de com. qui ill. ag. adf. (Tom. SALMASII).
- II. p. 105. c. ed.) h) e. c. PAPI-

scernerentur, plerumque peregrini recuperatores dicti sunt. Fuerunt autem iudices, ad questiones facti disquirendas a Praefide dati. Nam questiones iuriis omnes ad solum Praefidem pertinebant^a); quapropter paullulum aberrasse videtur *Excell. ZEPERNICK*^b), dum omnia ea in prouinciis ad recuperatores spectasse contendit, quae Romae ad Centumuiros; hoc fretus argumento, quod *SVENTONIVS* recuperatores de libertate iudicasse referat^c), libertatis vero causae Romae ad Centumuiros actae sint. Sed vereor, vt haec probatio firma sit, quum in libertatis etiam causa questio facili obueniat. Recuperatores autem de facto, vti diximus, iudicasse, *LIVIVS* testatur, qui: *Ea contentio, perhibet*^d, *quum prope seditionem veniret: Scipio, tres RECUPERATORES quum se daturum pronunciaisset, qui cognita causa, TESTIBVS QVE AUDITIS, iudicarent, uter prior in oppidum transcendisset?* etc. Ceterum non semper recuperatores hoc nomen sortiuntur, sed plerumque iudicium nomine veniunt. De his vero et innumeris aliis Praefidum comitibus, primo ceteroquin adspectu ab adsefforibus fecernendis, qui plura legere cupit, eum ad *Iac. GVTHERIUM*^e) et *M. Augustinum CAMPIANVM*^f) remittimus.

SECTIO III.

de adsefforibus principum.

§. I.

Depressa Romanae reipublicae libertate omnis cum summa rerum iurisdictio ad principes transit. Qui vt haberent, quorum consilio et ope in ferendis legibus, caussisque oblatis dirimendis vterentur, adseffores etiam adseuerant. Iam Julius Caesar iurisperitos quosdam adhibuit^a); Augustus vero quum diclararam sufciperet, XV. Senatores in sex menses adsumit^b), deinde, summa potestate A. V. C. DCCXXXV. sibi demandata, XX. viros annuo ad seffores

a) *L. 8. ff. de off. Praef.; L. I. eff. et potest. magistr. Rom. (Genev. C. de ord. ind. b) ad Sicc. p. 87. 1725. 4.). a) L. 2. §. 44. ff. de not. c. c) in *Vespas.* Cap. 3. orig. iur. b) XIPHILINVS in d) Lib. XXVI. Cap. 48. e) de *Augusto* (p. 70. edit. Heur. STE off. dom. Aug. (Paris 1624 4). f) de *PHANI.**

~~~~~

I.

cessores a Senatu sibi adiici voluit<sup>c)</sup>). Qui adcessorum habendorum mos a sequentibus Imperatoribus seruatus<sup>d)</sup>), hanc postea mutationem subiit, ut, minoribus causis auditorio principis, in quo omnia adhuc tractata fuerant, reliquis, maioribus publicisque causis nouum et sanctius constitueretur sub Consistorii nomine consilium<sup>e)</sup>). Iam vero, vti duplex Consistorii et Auditorii; ita duplex etiam Comitum Consistorianorum et Adcessorum nomen fuit, quod e ZOSIMO<sup>f)</sup> bene obseruavit Mein. TYDEMAN-NVS<sup>g)</sup>). Verum, aucta Consistorii Comitumque Consistorianorum dignitate, Adcessorum principis honores valde imminuti sunt, et, auditorio cum ipso consistorio iterum demum coniuncto, totum eorum nomen euauit.

### CAPUT III. *de officio et iuribus adcessorum.*

#### §. I.

Officium adcessoris, de quo iam generatim quaedam diximus, in quibus versetur, singula enumerat PAVLVS<sup>a)</sup>): Omne officium adcessoris, quo iuris studioſi partibus suis funguntur, in his fere causis constat, in cognitionibus, postulationibus, libellis, editiis, decreti, epifolis. Adcessorum igitur erat, vt primum in cognitionibus instituendis magistratui adcessent: neque tamen iis causas audire et decidere, absente Praefide, permittebatur, hanc quidem ob causam, quod multo melius at perfectius coram ipsis administratoribus, illis, quorum interfit, cauſae moueantur, terrore imminentे, exhibitis testibus, et omnino causa propria habente honestatem, quam si apud pedaneum iudicem determinantur, in nullo consiliariorum officio distante ab illis<sup>b)</sup>). Quod posterius non sic accipias, quasi adcesso-

ria

<sup>a)</sup> ID. ibid. (p. 96. cit. ed.) <sup>b)</sup> Cap. 30. §. 8. <sup>c)</sup> in Vlpio Marcelllo (in OELRICHS theſ. nou. Vol. I. Tom. I. pag. 1.) Cap. 6. §. 2. <sup>d)</sup> Cap. IV. p. 341. et CAMPIANVS L. Lib. II. ff. de Off. Adcess. <sup>e)</sup> Nou. c. Lib. II. p. 640. <sup>f)</sup> GVTHERIVS Lib. II. Cap. 17. <sup>g)</sup> Nou. LX. Cap. 2. pr.

C

ris et iudicis pedanei officia omnino eadem esse Imperator dicat; vis enim horum verborum et totius sanctionis haec est: officio Consiliarii non maiorem splendorem inesse, quam iudicis pedanei; neque igitur causas plus honestatis accedere, si apud consiliarium, quam si apud iudicem pedaneum tradetur; quae autem res, verendum esse, ne, sublato terrore, a magistratus praesentia partibus forte iniecto, nimium temere lites moueantur et protrahantur. Quod si autem nihil minus consiliarii causas audissent, hanc Iustinianus poenam statuit<sup>c)</sup>, ut, si adiuvati essent, expellerentur ab eloquentissimum adiutoriorum collegio; si vero adiuvati non essent, sed alii quidam, ut etiam cingulo, si quidem haberent, priuarentur, et decem librarum auri castigationem incurrent.

### §. II.

Altera officii pars in postulationibus occupabatur, ut nimurum Consiliarii viderent, an vtique recte se haberent: tertia vero in libellis, supplicibus puta, examinandis, honestae licitaeque sint, an minus? de quo postea referebant ad Praesidem. Ipsi enim libellis subscribere, hoc est, quid fieri placeat, subnotare prohibebantur; exsilio poena, si contra fecissent, in ipsos statuta<sup>d)</sup>. Denique et in edib[us] proponendis, interponendisque decretis ope consilioque magistratui adiutore tenebantur. Tandem in concipiendis epistolis, quibus forte ad principem relations siebant, officium suum praefabant. De quibus omnibus prolixe exposuerunt *GUIL. MARANVS*<sup>e)</sup>, *Barthol. Leon. SCHWENDENDOERFER*<sup>f)</sup>, *CAMPIANVS*<sup>g)</sup> et *van LEEVWEN*<sup>h)</sup>.

### §. III.

Iam vero quaestio occurrit nobilissima haec: necessarie adiutores a magistratibus adhibendi fuerint, an omitti potuerint, si ipse magistratus ius intelligeret? Omnes, quos quidem adiutori scriptores, qui rem Romanorum iudicariam attigerunt, adiutores, ob solam quippe magistratum imperitiam introductos, si hi ipsi ius nosset,

ne

c) *ibid.* §. 1. d) *L.* 2. C. de *Adseff* (*Lips.* 1683.)  
*Adseff.* e) in *paratib. ad 1. ff.* Cap. II. §. 1. g) *cir. loc.* h) *cir.*  
*de eff. Adf.* (*in opp. Tom. II. p. 168.*)*; diff. 1. §. n.*

ue adsumtos quidem, nedium necessarios fuisse, affirmant; saltem, si adsumti debueriat, corum monita Praesides, iura ipsi callentes, spernere potuisse, contendunt. In qua opinione etiam versatur vir pest fata adhuc magnus et venerandus, Ioh. Theoph. SEGER, qui: *Sed non magis, inquit<sup>a</sup>), Scabinos cum veterum Romanorum magistratum adsefforibus et consiliariis comparat, quorum illi prudenter in iure et factio cognoscendo potuerint uti et non vici, et, si quis praefectus vel praeses satis sibi ipse sapere videretur, monita adsefforum jusque deque habere, ac, quod ipse rectum bonumque iudicaret, ad arbitrium libidinemque decernere.* Nam hanc adsefforum sortem opud Romanos fuisse, vel ex titulo Codicis de Adseff. Dom. et Cancell. clare apparet. Verum enigm vero, licet de adsefforibus, qui in ipsa vrbe, libera republica, fuerunt, id fortasse dici posse largiamur; ramen de magistratum sub Imperatoribus, et Iustiniani in primis tempore, consiliariis, ad quos etiam Segerus maxime respexit, ut aliter sentiamus, multis rationibus commouemur.

#### §. IV.

Primum enim iam Papiniano, quem tamen iuris ignarum haud putauerim, Vlpianum et Paulum in praefectura praetorio adseffores fuisse constat<sup>a</sup>). Deinde ipsi Triboniano, iuris nostri concinuatori, Iustinianus, ut adsefforem adsciscere ne moretur, praecipit, et sic praecipit, ut necessitas huius rei ex ipsis principis verbis clare appareat. Ita enim<sup>b</sup>): *FESTINABIS etiam CONSILIARIUM, et quicumque fuerit circa te, adsumere virum optimum, et purum undique, et contentum ius, quae a fisco dantur. Et, si quid praeter spem accederit, et non inuenieris eum custodientem tibi fidem inflam: illum quidem expelles, ALIO VERO VTERIS CONSILIARIO, legem et iustitiam cum puris seruante manibus.* Porro sacratissimus Imperator, neque adsefforis vsum, neque eius adsumti monita sperni posse, his probat<sup>c</sup>): *Nostris administratoribus ad sunt MODIS OMNIEVS etiam ADSESSORES, et ea, qual legum sunt, explicantes, et occupationes adimplentes eorum: quoniam multis*

C 2

a) in progr. de differ. iud. et ma- innit. L. 40. ff. de reb. cred. b) Nov. gistr. iur. dic ap. Germ. (Lipf. 1774.) XVII. Cap. 5. §. 2. c) Nou. 24. 15. a) L. 3. §. 3 ff. de iur. LXXXII. pr.



*multis detenti curis, quas apud nos habent, merito IUDICIORVM COMPLENT PARTEM, per suorum praesentiam ad efforum. Et multo adhuc clarius alio loco<sup>d)</sup>: Qui sumunt administrationes — aequi sunt in iudiciis, — omnemque iustitiam in publicis priuatissimis documentis seruantes: ET NON IPSI SOLI HOC AGENTES, sed etiam SEMPER CONSILIARIVM talem SVMENTES, et qui circa eos sunt omnes, ut non videantur illi quidem innoxii esse, per alios autem furentur et delinquent: hoc quod magis turpe est, ut et participes iniustiarum sumant. Praeterea haec omnia pro nostra militat sententia, quod ad efforibus inde a Pescennino Nigro Imp. salario de publico data fuerint<sup>e)</sup>. Anne enim, qui ab imperitis solum magistratibus ad tegendam eorum inicitiam adsumuntur, a peritis vero non adsumi, aut monentes aliquid sperni possunt, anne, inquam, his salarium de publico adsignabitur?*

### §. V.

Denique etiam hoc facit, tum quod passim pars et portio iudicium participesque consiliorum ad effores in legibus<sup>a)</sup> appellantur, tum quod chartis iudicum semper signa sua addere iubantur<sup>b)</sup>. Plures tandem veterum auditorum nobis aduentiunt, e quibus duorum tantum manes euoco, necessarios, Impp. temporibus, ad effores participes sententiarum tam in urbe, quam in prouinciis, satis, ut opinor, euincientum. Primus prodeat AVGVSTINV, cuius haec de potestate ad efforis urbani narratio<sup>c)</sup>: ALYPIVS ROMAE ADSIDIABAT Comiti largitionum Italicianarum. Erat eo tempore quidam potentissimus Senator, cuius et beneficiis obfiscati multi, et territori subditi erant. Voluit sibi licere, nescio quid, ex more potentiae suae, quod effet per leges illicitum; RESTITIT Alypus: promissum est praemium; irrisit animo: praetentae minae; calcavit; mirantibus omnibus inustitiam animam. — Ipse autem iudex, cui Consiliarius erat, quoniam et ipse fieri nollet, non tamen aperte recusabat; sed in istum caussam transferens, AB EO SE NON PERMITTI afferre.

d) Nov. VIII. Cap. 8. pr. e) AEL. ad min. (Tom II. p. 669 ed. RITT.) SPARTIANVS in Peſc. Nigro (p. b) L. vlt. § 2. C. de Ad eff. c) Cor 77. ed. SALMAS.) e) L. i. C. eff. Lib. VI. Cap. 10.  
de Ad eff.; L. 5. C. Tbed. de it; qui

**offerebat; QVIA ET RE VERA, SI IPSE FACERET, ISTE DISCEDERET.** Alter, qui de adfessoribus in prouinciis testetur, ACHILLES TATIVS esto, qui haec<sup>d)</sup>: Ἐπινασηθι Θερσαίδης προεδρεύει μεχρι μονον ὁμματων προεδρος εἰς ὅντος τα σα ποιει μαλλον δε στα σύδε συ συ μεν γαρ συμβουλους ἔχεις, κατόνδεν ἀνεν τοιτων ἐξεστι σοι.

### §. VI.

Quoniam itaque magistratus sententias suas de consilio adfessoris ferre debebant: aequitatis etiam ratio postulabat, ut nec ipsi, si contra ius peccatum esset, nisi forte quid dolose egissent, sed ipsorum tenerentur consiliarii. Confirmat hoc PAVLVS<sup>a)</sup>: Si AD-SESSORIS imprudentia ius alter dictum sit, quam oportuit; non debet hoc magistratu officere, sed ipsi adfessori. Quapropter etiam ab Arcadio et Honorio Imp. saluberrime erat constitutum<sup>b)</sup>, ut post depositam adfessores administrationem residerent per L. dies in prouincia, utque pro confessio haberetur, qui, accusatus huiusmodi, personam subtraxisset.

### §. VII.

Ne tamen adfessura onus videretur: salario adfessoribus debebantur<sup>c)</sup>, quae, quum, Pescennini Nigri aetate, ab ipsis, qui bus adfidebant, magistratibus praestita fuisse videantur, hic Imperator de publico constituit<sup>b)</sup>; deinde vero solui omisla, renouavit Alexander Seuerus<sup>c)</sup>. Sed mox iterum in desuetudinem abiierunt, quum honorificentis sua, speque amplissimorum munierum latis remunerati adfessores censerentur<sup>d)</sup>. Tandem recentiori tempestate salario rursus<sup>e)</sup> et annonae<sup>f)</sup> a fisco data sunt. Praeter haec

C 3

ab

- d) de Clitoph. et Leucipp. amor. Thiod. Tom. I. p. 76 cit. edit.) (p. 499 edit. Claud. SALMASII).
- a) L. 2 ff. quod quisqu iur.; Des. AELIUS SPARTIANVS l. c. c)
- b) L. 2 ff. quod quisqu iur.; Des. AELIUS SPARTIANVS in Alex. HERALD. l. c. Lib. I. Cap. 8. (in C. Seu. (p. 150. ed. cit.) d) L. I. C. Thiod. RITTERIANO Tom I. p. 77) de Adfess. e) L. 2. § 19 C de off.
- b) L. 3. C. de adfess. a) cf. Por. praf. praez. Afr. f) L. vn. C de BVRG. elect. Lib. I. Cap. 9. (in C. annon. et cap. adm. ex cor. adfessor.



ab Honorio et Theodosio Imp. id. indultum, ut, quaecumque licitis et honestis lucris, dum adsideret, sibi quis comparaslet, ea omnia velut castrense peculium habeat, patrisque post obitum vindicet <sup>g</sup>). Neque minus adfessoribus, deposito munere, immunitas ab omni iudictionum onere, seu militarium, seu ciuilium iudicium, concessa est <sup>h</sup>). Taceo de aliis iuribus praecipuis, nimirum, quod adsidentes reipublicae causa ceterentur abesse <sup>i</sup>), ideoque, si modo maiori magistratui adsiderent, excusationem habebant ab aliis muneribus tutelisque suscipiendis <sup>k</sup>); et quae sunt reliqua.

### §. VIII.

Adfessor ceterum, vti a magistratu adsumi, ita ab eo etiam, si officio non recte fungeretur, ante anni lapsum deponi <sup>a</sup>); bonus vero cognitus, etiam secundo et tertio poterat adiungi <sup>b</sup>). Orum tamen ex eadem, in qua adsideret, prouincia ne volenti quidem praefidi ultra IV. menses priores, in quibus forte alius consiliarii copia non esset, retinere fas erat <sup>c</sup>), nisi speciali principis rescripto id concessum esset <sup>d</sup>). Cuius prohibitionis hanc fuisse rationem, ne quid amicitiis cognationibusque adfessor daret, quiuis facile perspicit. Erat autem illa adeo severa, vt publicatio bonorum accusatioque criminis publici adfessori, si sprevisset eam, immineret <sup>e</sup>). Consiliarius tamen curatoris reipublicae, nec salario publico fruens, ab hac lege solitus erat <sup>f</sup>).

Haec vero de Adfessoribus Romanorum magistratum dicta sufficiant.

- |                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                    |                                                                                                |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| g) L. 2. C. Theod. de Adfess. ibi que lac. GOTHOFRED. (Tom. I. p. 77. ed. RITTERI); L. 7. C. de Adfess. h) L. ii. C. b. r. i) L. 32. 37. 38 ff. ex qu. caus. maior. k) L. 12. §. 1. ff. de excus. et vac. | b) L. 12. C. de Adfess. DVS (Tom. I. p. 73. ed. RITT.); L. 10. C. de Adfess. ff. ex qu. caus. maior. C. de Adfess. f) L. fin. ff. de off. man. a) Nou. XVII. Cap. 5. §. 2. adfess. | c) L. 1. C. Theod. de Adfess. ibique GOTHOFRED. d) L. 57. 38. e) L. 10. f) L. fin. ff. de off. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|

COROL-

## COROLLARIA.

### I.

*Nullum omnino subditū, erga principem, qua talem, ius est; sed  
absolutissima solum ei incumbit parendi obligatio.*

### II.

*Principi cum ius vitae et necis in subditos, tum potestas in reliquo  
eorum, quae iura quaesita vocant, competit. Quippe quae  
omnia, ad principem relata, iura quaesita esse desinunt.*

### III.

*Procreatio sibi neque naturali, neque civili iure, verus matri-  
monii finis dici potest.*

---

---

COLLEGIU

I

in der Schule zu Halle, wo er sich  
seine ersten Kenntnisse erwarb.


II

1719. August. In einer kurzen und sehr einfache  
Schrift ist hier der Name eines unbekannten Schreibers.

III

1720. August. In einer kurzen und sehr einfache  
Schrift ist hier der Name eines unbekannten Schreibers.





**ULB Halle**  
003 335 402

3



*96,*







HISTORIA IVRIS CIVILIS.

D E

ADSESSORIBVS MAGISTRATVVM  
ROMANORVM

Q V A M

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
CONSENTIENTE

DISCETATIONI PVBLICAE PROPOSVIT

IOHANNES FRIDERICVS THEODORVS  
ROLLE

LIBERALIVM ARTIVM MAGISTER ET IVRIS VTRIVSQUE  
BACCALAVREVS

V I N D I C E

ADOLPHO LEBERECHT GRAICH  
D R E S D A N O

LIPSIAE D. III MART. cisiocclxxvii

E X O F F I C I N A K L A V B A R T H I A.

